



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Infinitum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

si quæ de salutatione Lucianus collegit, saluti subiecerimus χαίρειν ait ille, hoc est, Gaudere, antiquitate
fuisse salutationem, cuius exempla complura ponit. Platoni demum vitam esse amicabilem hanc com-
pellationem in ἐὺ πρέσβειν quod bene agere est, convertere: unde noster Horatius utrumque comple-
xus morem, epistolam ad Celsum ita exorditur:

Hor. Epist.
3 lib. 1.

Celso gaudere, & bene rem gerere Albiuano.

Musa rogata refer.

Verum Archytas Pythagoram secutus, una cum plerisque ejusdem sectæ χαίρειν atq; ἐὺ πρέσβειν re-
pudiatis, ὑγιαίνειν induxere, quod mox alter alteri scribentes usurparunt. Latini horum sententiam
approbantes, SALUTEM, ut apud Tullium & alios frequentissimum, per scribere. Existimant vero
sapientissimi viri, compellationem hujusmodi & animæ & corpori esse maxime congruentem, & si-
mul omnia intra se mortalium bona complecti. Quinetiam Epicurum ferunt, qui voluptatem maxi-
me omnium adamavit, in quibusdam doctis admodum epistolis non χαίρειν, sed ὑγιαίνειν, pre-
scripsisse.

INFINITUM. CAP. XXXIII.

Nullam ha-
bere expe-
rientiam.
Nam pes-
sima, hoc
est; experi-
er, tento
Πέρας, α-
τ. finis,
& πέρω-
τώ, finis,
termino.

SEd ut jam ad priores illas vocales redeamus, earundem literarum numerus infinitum significat,
si quem sequimur codicem fidelis est, quod alii vulgata exemplaria secuti. Rudem, alim excer-
tum traduxere, quod ἀπειργν apud Horum habetur. Neq; sum nescius ἀπειργν dici posse ἄπειρ ἢ ἄ-
πειρ πείργω: verum iisdem authoribus etymologicis dicitur etiam ἄπειρ τὸ μὴ ἔχειν πέρας, quod fi-
nem aut terminum non habeat. Hori vero autoritate dicunt ἀπειργν significare tunicam, quæ non
habeat exitum, eoque significato Sophoclem in Polyxena dixisse.

Χιτῶν σ' ἀπειρ ἔδυτήριον κακῶν.

Multorum amictus tunica te exitu carens,

subintelligendum, perdet, Et apud Euripidem in Oreste :

Ἡπτόν ἀπέργω ἄβυσσόν ὕδασι, πᾶσι,

Texto maritum impermeabili induens.

Est & alia ratio cur hic infinitum significare locutionem eam contendamus, quam, ex ipsius numeri
ratione desumimus, quem Pythagoras immobilem dixit, suaq; firmitate solidum, adeoque plenum,
ut quod infinitum in rebus est, ipse comprehendat. Sedenim super hoc loco suo in numerorum hiero-
glyphicis locupletius.

PRINCIPIUM ET FINIS. CAP. XXXIV.

Ἐγὼ εἰμι
τὸ Α Ω Ω.
Apost. cap. 1.
δεχθὲν κῆ-
ρὸν τῆς
πρὸς ἡμᾶς
& finis.

ET ne ab infinitate hac discedamus, quæ germana est æternitati, minime prætereundum videtur,
quod hieroglyphicum primæ hujus apud omnes literæ significatum, quod in Divinis habetur li-
teris, principium exprimit, veluti Ω apud Græcos ultima, finis est indicium: unde illud jam omnibus
cognitum: Ego sum Α Ω Ω. Apostolus autem Epistola quam ad Ephesios scribit, Deum proposu-
it dicit in semetipso, ad dispensationem ad impletionis temporum, ad caput, id est, ad initium recipere
care universa in Christo, quæ sunt super cælos, & super terras in ipso. Et duas Græcæ literas, primam
scilicet & ultimam, sibi induit Dominus, initii & finis concurrentium in se figuras, uti quemad-
modum Α ad Ω replicatur, ita ostenderet in se esse, & initii decursum ad finem, & finis recursum ad
initium, ut omnis dispositio in Ω desinens, per quem cæpta sunt, per verbum scilicet Dei, quia caro
factum est: proinde desinat quemadmodum & cæpit, & à Deo in Christo omnia revocarentur ad
initium. Repetuntur hæc à Tertulliano lib. de Monogamia, ubi secundas impugnat nuptias. Apud
Hebræos, quorum tam multa cum Ægyptiis communia sunt, magna est significationum sylva, fre-
quulis in literarum characteribus: sed enim hæc, quia latissime apud Cabalistas explicantur, ne acce-
nt agerem, prætereire consilium fuit: ea siquidem nos tractanda desumpsimus, quæ per rerum figuras,
non per literas scribi consueverunt.

FATUM